



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXIII. De Deterioratione, Detrimento.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

expresse & significanter; seu per expressam declarationem. Cravett. *conf.* 894. n. 21. Multum enim inter se differunt, factum aliquod & destinatum esse, ac prorsus ad disparia iudicantur. Alex. *consil.* 97. n. 26. l. 3. August. Beroi. *consil.* 29. n. 24. vol. 2. *consil.* 120. num. 10. vol. 1. Goedd. *inter Conf.* Marp. *conf.* 33. vol. 3. num. 272. Hujus regulæ uberiorem declarationem vide Raccemat. *Dn. Parentis crim. in Ind. ad l. 3. C. de furt. pag. 301. add. infr. loc. de pecunia lib. 14. C. 18. §. 15.*

CAP. XXII.

De Desuetudine v. infra

non-ulus, & supra lib. 3. cap. 59. ax. 1. item Dn. Parent. in tract. de alter. tanto, disp. ult.

Desuetudine Leges non abrogantur, sed constitutione correctoria opus est. Fundamentum hujus regulæ latet in §. ult. *Instit. de libertinis*, ubi licet deditiorum nomen in desuetudinem abierit, abrogatoriâ tamen constitutione opus est.

CAP. XXIII.

De Deterioratione, Detrimeto.

Axioma I.

Deteriorem rem facit etiam, qui in meliorem statum eam commutat, l. ult. *de usu & habit.* scilicet respectu sui, potest enim usus fieri incommodior; Simile loquendi genus est in l. 17. §. 2. *ff. de serv. rust. præd.*

II.

Nemo potest alterius conditionem deteriorem facere. l. non debet 74. *de Regulis juris.* Limita scilicet, ut non possit per injuriam alterius conditionem facere deteriorem; possit autem, si suo jure utatur, quia nullus videtur dolo facere, qui jure suo utitur. l. nullus 55. *de Reg. Jur.* uti nec vim. l. factum cuius 155. §. non videtur 1. *ead.* & nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere jus non habet. l. nemo damnum 151. *de Regulis juris.* Exemplum vide in l. fluminum 24. §. ult. l. Proculus 26. *de damn. infect. in fin.* Meier. *Enchirid. decad. 2. cap. 1.*

III.

Qui rem deteriorem reddit, reddere eam non videtur, *leg. 3. §. 1. Commodatis.* nisi Creditor in morâ accipiendi fuerit, tunc detrimentum, quod interim rei accessit, ad ipsum spectat. Perez. *C. de susceptor. n. 16.*

IV.

Deteriorator interdum cadit jure suo. Ita enim ob deterioratum prædium Emphyteuticum agi potest ad amissionem juris emphyteutici. Brunnem. *ad l. 7. C. de omni agro deserto. n. 2.*

CAP. XXIV.

De Determinatione vid. infra limitatio.

Axioma I.

Determinata pacto lege vel conventionem non egent aliâ determinatione, sed solum indeterminata. l. certo 13. §. si totus, & ibi Bart. *ff. de serv. rust. præd.* Goedd. *inter Confil. Marp. conf.* 28. vol. 1. num. 158.

II.

Determinatio non sumitur ab eo quod erit, sed ab eo quod est, *argum. l. fundi 17. §. ea que 10. ff. de act. emt.* Nebelkræ *decis. 11. p. 134. num. 5.* ubi vide plura exempla l. 55. §. si lignum 6. *de legat. 3. l. 58. §. 2. pro soc. & omnino Pacian. lib. 1. de probat. cap. 32.*

III.

DETERMINATIO una respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare. l. jam hoc jure 4. l. Lucius 45. *ff. de vulgari & pupillari subst. l. quamvis 4. C. de impub. & aliis subtit. eleganter.* Didac. *Seg. de lucr. marit. & uxor. num. 62.* Surdus *conf.* 45. n. 37. & *conf.* 67. num. 28. & *conf.* 150. n. 17. Menoch. *conf.* 88. num. 19. Castanate *conf.* 67. num. 28. L. Schrader. *conf.* 49. n. 5. Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 70. num. 39.* Anton. Ricciol. *de jure personarum extragremium Ecclesia exist. lib. 4. cap. 42. num. 9.* Marta in *summa success. legal. part. 1. quest. 13. art. 9. num. 91.* Giurbain *consuet. Mesanens. cap. 3. gloss. 2. n. 12. p. 1.* Vicentius Fufar. *de substitut. quest. 257. num. 8.* Joan. Marian. Novar. *quest. forens. lib. 1. quest. 7. n. 6. [conf. lib. 13. cap. 28. ax. 1. & lib. 14. c. 39. ax. 6.]* una enim determinatio respiciens plura, eandem qualitatem iis tribuit. Baldus in l. sed et si quis. §. *questum. n. 4. ff. si quis caut. in jud. sibi.* etiam in odolis, Wel. *consil.* 42. num. 61. Iac. Castill. *controvers. lib. 5. part. 2. cap. 97. n. 1. cum segg.* ubi num. 5. intelligit, ubi eadem est ratio, non diversa, vel major. [vid. *Summarischer Bericht in Sachen Burg und Stadt Griedberg. p. 15.*] & num. 12. *cum seg.* limitat, quando determinabilia æqualiter determinare nequeunt, & ubi adest personarum diversitas, majorque in uno quàm in alio considerari potest ratio, & num. 17. *cum segg.* limitat quoque, quando sumus in dispositione necessaria, aut negativa; vel quando ex æquali determinatione Juris induceretur correctio, & num. 25. *cum seg.* limitat quoque, quando utraque determinatio est clara, vel quando violarentur verba. Add. & Covar. in *cap. possessiones. in princ. part. 3. n. 2. vers. tertio eadem sententia. extr. de reb. Eccles.* Ludov. Gomez. *ad §. item si quis. Instit. de actionib. n. 19. & §. penales. Inst. cod. num. 39.*

CAP.